

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Confessio a
cum fontibus proximo et primis

O homo,

quid times confiteri?

Id quod per confessionem scio,
minus scio quam id quod nescio.
Cur confiteri erubescis peccata tua?
Peccator sum sicut et tu;

homo sum, humanum a me nichil alienum;

confitere homo homini, homo peccator homini peccatori.
Elige quod uis: si non confessus lates,
inconfessus dampnaberis.
Ad hoc Deus exigit confessionem
ut liberet humilem;
ad hoc dampnat non confidentem ut puniat superbum.

Augustinus super Psalmos.

O homo quandocumque hoc persenseris,
diaboli tentationem esse non dubites,
qui cupit te astringere nequier,
ut in peccatis positus sine magna tentatione semper agas
quae placita sunt ei.

Nolite ergo timere peccata confiteri,

o fratres: nam

illud quod per confessionem scio,
minus scio quam illud quod nescio.

Cur confiteri times peccata?

Peccator est qui audit peccata, sicut et tu,
et forsitan major.

Homo est, nihil differt a me, nihil alienum habet a me.
Cur ergo times, o

homo peccator, homini peccatori confiteri?

Elige quod vis: si non confessus lates,
inconfessus damnaberis.

Ad hoc enim Deus exigit confessionem,
ut liberet humilem.

Ad hoc damnat non confidentem, ut superbum puniat
in aeternum.

Augustinus (pseudo) Belgicus, *Sermones ad fratres in eremo commorantes*, 30 (PL 40, col.1289).

→ CH. homo sum: humani nil a me alienum puto.

P. Terentius Afer, *Heauton Timorumenos*
(S. Ashmore ed., p.56, 1.77).